TACTUS

TC 531202

Orlando di Lasso (1532-1594)

Cantiones Duarum Vocum, München 1577

Testi · Texts

I
Beatus vir qui in sapientia morabitur
et qui in iustitia meditabitur,
et in sensu cogitabit circumspectionem Dei.
(Liber Ecclesiasticus, XIV, 22)

II
Beatus homo qui invenit sapientiam
et qui affluit prudentia:
melior est acquisitio eius
negotiatione argenti et auri primi et purissimi.
(Liber Proverbiorum, III, 13-14)

III
Oculos non vidit,
nec auris audivit,
nec in cor hominis ascendit
quae praeparavit Deus
his qui diligunt illum.
(Epistola Beati Pauli ad Corinthios prima, II, 9)

IV
Iustus cor suum tradet
ad vigilandum diluculo
ad Dominum qui fecit illum,
et in conspectu Altissimi deprecabitur.
(Liber Ecclesiasticus, XXXIX, 6)

V
Expectatio iustorum laetitia,
spes autem impiorum peribit:
fortitudo simplicis via Domini,
et pavor his qui operantur malum.
(Liber Proverbiorum, X, 28-29)

VI
Qui sequitur me,
non ambulat in tenebris:
sed habebit lumen vitae,
dicit Dominus.
(Evangelium secundum Ioannem, VIII, 12-Antifona per i Secondi Vespri del Commune di un Martire)

VII
Iusti tulerunt spolia impiorum,
et cantaverunt, Domine, nomem sanctum tuum,
et victricem manum tuam
laudaverunt paritier, Domine Deus noster.
(Liber Sapientiae, X, 19-20-Introito della Messa per la festa dei Sette Santi fondatori dell'Ordine dei Servi di Maria)

VIII
Sancti mei,
qui in isto saeculo
certamen habuistis,
mercedem laborum vestrorum ego reddo vobis.
(Liber Sapientiae, X, 17-Antifona per le lodi della festa dei Santi Odone, Maiolo, Odilone e Ugone,
Abati cluniacensi)

IX
Qui vult venire post me,
abneget semetipsum,
et tollat crucem suam,
et sequatur me, dicit Dominus.
(Evangelium secundum Mattheum, XVI, 24-Antifona al Magnificat per i Secondi Vespri del Commune di un Martire)

X
Serve bone et fidelis,
quia in pauca fuisti fidelis,
supra multa te constituam:
intra in gaudium Domini Dei tui.
(Evangelium secundum Mattheum, XXV, 21-Antifona al Benedictus per le lodi del Comune dei Confessori non Pontefici)

XI
Fulgebunt iusti sicut lilium
et sicut rosae in Ierico florebunt
ante Dominum.
(Liber Sapientiae, III, 7)

XII
Sicut rosa inter spinas
illis addit speciem,
sic venustat suam
Virgo Maria progeniem:
germinavit enim florem,
qui vitalem dat odorem.
(Canticum Canticorum, II, 2)